

D. O. M.

BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ

DE MERCEDE,

MATRI NOSTRÆ,

NECNON D. PETRO NOLASCO PARENTI NOSTRO,

HAS THEOLOGICAS THESES,

EX ANGELICI NOSTRI PRÆCEPTORIS
MIRO FONTE DEPROMPTAS, D. O. S.

FRATER FRANCISCUS QUADRADO


DIVI LAUREANI MARTYRIS COLLEGII COLLEGA.

UNICUM ASSERTUM.

HÆC EST VITA ÆTERNA, UT COGNOSCANT TE. D. Joann. cap. 17. Quibus in omnibus ſupponimus juxta fidem, beatitudinem objectivam in ſolo Deo conſiſtere, qui eſt abſolutè, & ſimpliciter ultimus finis creaturæ rationalis. In aſſecutione autem hujus finis ultimi certitudinem formalem conſtituimus. Licèt autem ſtatus, & perfectio beatitudinis plures perfectiones, aut operationes accumulet, aſſecutio prædicta, non in pluribus; ſed in unica operatione conſiſtit. Si enim magnitudo, & excellentia unionis hypoſtaticæ ſupra totum ordinem gratiæ accidentalis non ſufficit beatificare formaliter Animam Chriſti Domini, independenter ab operatione intellectus (ut *veſpere* tuebimur) clarè ſequitur, beatitudinem formalem puræ creaturæ intellectualis in nullo bono ſupernaturali præcedente ſimilem operationem poſſe conſiſtere. Beatos de facto nullum habere, nec mortale, nec veniale peccatum, indubitatum eſt inter Theologos. An verò de potentia Dei abſoluta poſsit cum beatitudine componi peccatum actuale, vel habituale? Eſt dubium valdè difficile: Nos autem veſtigia Noſtri Angelici Præceptoris fideliter ſequentes (*manè*) partem negativam propugnabimus.

Defenſabuntur à ſupradicante in hoc Divi Laureani Collegio, ſub præſidio P. Fr. ANTONII SANCHEZ, in eodem Colleg. Sac. Theolog. Lect. Die 24. menſ. Junuarii ann. Domini 1757.

(Manè, & Veſpere.)



1757

Num.º 16 Instrum.to 7º

Escritura de arrendam.to de un Meson y una Bodega, o taberna en la Collacion de S.n Pedro a fabor de Juan Barba y su Muger Maria Gomez en 29 de Nobiembre de 1576.